

ARQUIVO DA



UNIVERSIDADE

COLÉGIO DA COMPANHIA DE JESUS  
E  
UNIVERSIDADE DE ÉVORA

1549

Breve sobre o colégio do Espírito Santo que se começou em Coimbra, e união da Igreja de Santa Marinha do Zezere. Trasladação a favor de Évora. Santa Maria ou Santa Marinha do Zezere.

Gav. 5-B - Maço 1 - N.º 9

1579

# P A P A L I S

Portugallian omniumque et singula eiusdem Reverendissimi domini Joannis Tomma sanctissimi domini Pauli divina providentia per Tertium et Secum aplice Sedis Nuntius cum potestate legati de latere. Reverendissimo principi et Reverendissimo domino Henrico Portugallie Infanti tituli sanctorum quattuor Coronatorum presbitero Cardinali saltim in domino sempiternam. Ex immenso nobis ab apostolica Sede Legationis et Nuntiatus officio ad ea libenter intendimus per nos decore vestri et ornamento Civitatum ac animarum saluti consulatur et nonnumquam ea que antea facta fuisse dicuntur cum a nobis petitur in melius commutamus et alio desuper prout magis Principum presertim sancte Romane ecclesie Cardinalium vota requirunt accurate dissonamus. Exhibita siquidem vobis super pro parte tua petitio continebat. Quod alio tunc certus in his partibus aplice Sedis Nuntius habens ad id se abesse ab eadem Sede potestatem Tibi Collegium cum sua Capella sub invocatione sancti spiritus in Universitate studii generalis Colimbriensi quod tua impensa constiteret et edificare ceperas et in quo totius diocesis pro tempore existens Regis Portugallie et maxime Elborer diocesis cui tunc preeres prout etiam nunc te preesse comperitur est scolaribus tunc clero laici liberalium artium disciplinam et philosophicam ac utriusque iuri Pontificio et Civili ac sacris literis ac aliis iuris prout per te desuper faciendam ordinationem operam impenderet cum Campanali humili et Campana si tibi videbitur perfici faciendi apostolica auctoritate predicta qua fungimur in hac parte tenore partium licentiarum concessimus et facultatem ac primordiale Collegium cum sua Capella huiusmodi sub dicta invocatione pro vno Rectore et vno Capellano ac duodecim seu pluribus aut paucioribus scolaribus et collegialibus clericis seu laicis sub certis tunc expressis modis et forma crevit et instituit ac parochiales ecclesias Abbatis nunciatarum sancte Marie de Zere Portugallie diocesis tunc per liberam resignationem dilecti nobis in christo Gasparis fernandi olim iuris ecclesie Rectoris Abbatis nunciati in suis manibus sponte factam et per eum admissam aut alio quomodolibet vacante tunc Abbatis et Prioris ac fratrum Monasterii de Trananca diocesis quibus ad dictam ecclesiam dum pro tempore vacat putatio persone idonee in ea ad putationem huiusmodi per loci ordinariam instituentem de antiqua et approbata eademque observata consuetudine asserbatur per tunc expresso ad id accedente consensu eidem Collegio et Capelle pro illorum dote atque onerum eis pro tempore incumbentium supportatione ac Rectoris et Capellani necnon scolarium et Collegialium pro eorum sustentatione et alimonia usque ad Triginta Annos extunc computandos duntaxat Ita quod iuxta prout tuam faciendam ordinationem liceret interim Rectori pro tempore existenti dicti Collegii duas Tertias partes omnium et singulorum fructuum reddituum provenientium iurium obventionum et emolumentorum ac annuatimorum diocesis per se vel alium seu alios propria auctoritate percipere colligere exigere et levare seu locare et arrendare ac ad firmam annua dare illasque in Collegio et Capelle ac suam et Capellani necnon scolarium et Collegialium huiusmodi commodam sustentationem ac alio iuxta similes ordinationem diocesis loci vel eundem alterius licentia desuper minime requisita comertere pro eodem tamen Gaspare quoad viveret et post eius cessum vel decessum aut quolibet aliam duntaxat vel amissionem pro vno alio pro tempore existente vno ecclesie vicario perpetuo per Abbatem et Priorem ac fratres predictos presertim interim ordinario loci et per dictum ordinarium in ipso ecclesie perpetuum vicarium instituentem qui tam Gaspare qua alio pro tempore existente ipso ecclesie vicario perpetuo omnia et singula eidem ecclesie incumbenda onera persolvere et eidem ecclesie personaliter et non per substitutum deservire teneantur reliqua tertia parte omnium et singulorum fructuum reddituum provenientium iurium et obventionum ac emolumentorum necnon annuatimorum diocesis per eundem Gasparem et alium pro tempore existentem diocesis perpetuum vicarium propria auctoritate percipiendo exigenda et levanda ac in suis vicibus et utilitatibus comertenda necnon assensu et passibus diocesis remanentibus et reservatis vniuersi amoverit et incorporavit prout in his desuper coactis plenius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem petitio subungebat sit maxime necessarium in Civitate et diocesi Elborer habere viros probos idoneos et sufficientes qui ibidem curam animarum exerceat et christidelium animarum salutem pro virili procurant ac in Civitate Elborer quoddam Collegium in suis structuris magnificum construere et edificare ceptum tua impensa perficere sumopere desideres. Si primordiale Collegium cum sua Capella huiusmodi sub eadem invocatione ac cum predictis et aliis vicibus amoveritis et incorporationibus applicationibus et appropriationibus necnon bonis mobilibus et immobilibus necnon iuribus et actionibus ac pertinentiis suis vniuersis ad Collegium edificari ceptum huiusmodi in quo loco Rectoris et Capellani ac duodecim seu plurium aut pauciorum scolarium et Collegialium predictorum Quindecim clericis in sacris ordinibus constituti qui ibidem bene beateque vivere discerent et grammaticam operam nauarent ac dogmata ea ex quibus casus conscientie et ea que ad curam animarum exercendam necessaria videantur possunt hauriri perciperent instituerentur per nos apostolica auctoritate transferretur ex hoc profecto decore vestri et ornamento diocesis christidelium animarum salutem per opportune consideretur Quare pro parte tua nobis humiliter supplicatum existit ut Collegium edificari ceptum huiusmodi cum vna Capella sub eadem invocatione sancti spiritus perfici faciendi licentiam concedere ac primordiale collegium cum sua Capella huiusmodi sub eadem invocatione ac cum predictis et aliis vicibus amoveritis incorporationibus applicationibus appropriationibus necnon bonis mobilibus et immobilibus iuribus et actionibus ac pertinentiis suis vniuersis ad collegium edificari ceptum huiusmodi in quo loco Rectoris et Capellani ac duodecim seu plurium aut pauciorum scolarium et collegialium predictorum Quindecim clericis in sacris ordinibus constituti qui ibidem bene beateque vivere discerent et grammaticam operam nauarent ac dogmata ea ex quibus casus conscientie et ea que ad curam animarum exercendam necessaria videantur possunt hauriri perciperent instituerentur transferre ac alio in premissis opportune prout dece beneque dignaverunt. Nos igitur qui ad infra scripta per litteras diocesis ad quod insertionem vniuersi tenentur sufficienti facultate suffulti sumus quique decorem vestri et ornamentum Civitatum ac christidelium animarum salutem sinceris desideramus affectibus. Tuis in hac parte supplicationibus inclinati Tibi Collegium edificari ceptum cum vna Capella sub invocatione sancti spiritus huiusmodi etiam cum Campanali humili et Campana si tibi videbitur perfici faciendi apostolica auctoritate predicta qua fungimur in hac parte tenore partium licentiarum concessimus et facultatem ac primordiale Collegium cum sua Capella ac predictis et aliis vicibus amoveritis incorporationibus applicationibus appropriationibus necnon bonis mobilibus et immobilibus iuribus et actionibus ac pertinentiis suis vniuersis ad Collegium edificari ceptum huiusmodi in quo loco Rectoris et Capellani ac duodecim seu plurium aut pauciorum scolarium et Collegialium predictorum Quindecim clericis in sacris ordinibus constituti qui ibidem bene beateque vivere discerent et grammaticam operam nauarent ac dogmata ea ex quibus casus conscientie et ea que ad curam animarum exercendam necessaria videantur possunt hauriri perciperent instituerentur iuxta prout tuam desuper faciendam ordinationem instituantur auctoritate et tenore premissis transferimus tibi dicti Collegii regimur et administrationem in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. Necnon pro Collegio et Capelle ac Quindecim clericorum in sacris ordinibus constitutorum huiusmodi felici statu et salubri protectione directione gubernatione regimine et administratione Tibi ut quocumque statuta ordinationes et institutiones licite tamen et honeste ac sacris Canonibus non contraria quotiens tibi videbitur edere condere et statuere ac stabilire necnon edita et condita ac statuta et stabilita prout rationi consentaneum videbitur mutare et alterare ac in melius reformare libere et licite valeas eidem auctoritate apostolica et tenore concessimus et indulgentius ac postquam edita condita statuta stabilita mutata et alterata ac in melius reformata fuerint etiam prout extunc et contra approbamus et confirmamus. Supplentes omnes et singulos tam iuris quam facti defectus si qui forsitan interuenierint in eisdem. Quocirca dilectis nobis in christo Priori Monasterii beate Marie de Espinheiro prope et extra muros Elborer ac Elborer et vlyeboner officialibus per hoc nra iuberimus apostolica scripta committimus et mandamus quod ipsi vel duo aut vni eorum per se vel alios iures suas et in eis contenta quocumque ibi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte tua seu eorum quod intererit fuerint requisiti sollempniter publicantes Tibi et aliis quorum intererit in premissis efficaciter defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nra iures suas et in eis contenta huiusmodi firmiter et immobiliter observari ac singulos quos iures hec concernunt illarum effectu pacifice firmi et gaudere. Non permittentes te seu eorum quorum intererit seu intererit desuper per quoscumque contra eandem partium tenorem quolibet molestari. Contradictores quoscumque molestatores et rebelles per censuras ecclesiasticas et alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo innocuo etiam ad hoc si opus fuerit auxilio Brachii secularis. Non obstantibus illa per quam idem sanctissimus dominus noster dominus Paulus divina providentia per Tertium dudum inter alia voluit quod petentes beneficia ecclesiastica alijs vniuersi teneantur exprimere verum omnium valorem etiam beneficij cum alijs vniuersi peteretur alioquin vniuersi non valeret et semper in vniuersis commissio fieret ad partes vocatis quorum intererit ac pie memorie Bonifacii papae vniuersi qua presertim inter alia canetur ne quis extra suam Civitatem et diocesim nisi in certis casibus et in illis ultra vnam diocesis a fine diocesis ad iudicium euocetur seu si iudices a sede deputati predicta extra Civitatem et diocesis in quibus euocati fuerint contra quoscumque procedere seu alij vel alij iures suas committere presument ac de duabus dietis in Concilio generali edita dummodo ultra tres dietas aliqua auctoritate putum no teahatur et alijs constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel alijs beneficijs ecclesiasticis in illis partibus specialiter vel generales diocesis vel legatorum eius litteras impetrarunt etiam si per eas ad inhibitionem reservationum et decretum vel alio quomodolibet sit processu quasquidem litteras et processus habitos per eandem et indecenta quocumque ad dictam ecclesiam volumus non extendi sed nullum per hoc eis quoad affectationem huiusmodi aliorum preiudicium generari et quilibet alij privilegij indulgentijs et lris apostolicis generalibus vel specialibus quocumque tenore existant per que vniuersi no expressa vel totaliter no inserta effectus huiusmodi que impediunt valeat quomodolibet differri et de quibus quocumque tunc tenore de deo ad verbum habenda sit in nra lris mentio specialis. In quorum fidem litteras nras fieri iuribus sigilli nri et fecimus appensione communi. Dat. prope et extra muros vlyebon Anno incarnationis dñice millesimo quingentesimo quadragesimo nono Decimo Kal. Junij Pontificatus dicti dñi Pauli papae Tertii Anno Quinto decimo.

Gracis vbiq.  
Jo. Quintus Abbr.

Jo. Arc. sup.  
Nunt. ap. cas.

